



ACCADEMIA NAZIONALE VIRGILIANA
DI SCIENZE LETTERE E ARTI

ARCHIVIO STORICO DELLA VECCHIA ACCADEMIA

Parte II

DISSERTAZIONI ACCADEMICHE

MEDICINA E VETERINARIA

Busta 53/50

Bene eligenda sunt remedia.

N. VIII.

Commentarius qui questionibus ab Illustri Academia
Regiâ propositis responsi loco erit.

Ut quoddam pergratum præbeam responsum questionibus
ab Illustri Academia Regiâ Mantua propositis
quæ agitur de Corticis peruviani usu, quo casu,
quibusdam in partibus corporis, de Janici Collectione. Corti
essemus. Oportet, sicut arbitror, ut, ante ullam istius
questionis agitationem, principium institutam theoreticum
De modo quo Cortex peruvianus agit in Corpore humano.
De quo nunc dicam.

Scimus autem omnes Quinquina esse arboris Corticem qui
è perua ad nos pervenit; cuius qualitas febrifuga atque
Stomachica jam à longo tempore nota est; ex eo Resina
Deducitur valde estimata; inde fit etiam Sympus;
Sumunt eum quoque pulverisatum et Decoctum: eius
usus nunc latè patet; feliciter adhibetur in morbis

Nervosis; ad putriditati anteverendum; imò et in Gangrenâ
sive intus, sive extus, in Lotionem super partes, vel etiam
pulverisatus adhibetur in Gangrenis humidis. Cum adhibui
maximè feliciter ad moderandum Ectisimum qui fit sepe
in fracturis, Luxationibus vulneribusque contusis laceratione
Concomitatis; Vulnerum etiam Suppurationem præstat
perfectiorem.

Cortex de quo agitur, in venas lacteas chilique receptaculum
penetrando, sicut tonicum agens cum sanguine miscetur,
vasibus Uterium præbet parùmque secretiones aiget; ac
ratione aliquando sicut evacuans agit. at si sabura inveniatur
sive in primis, sive in secundis viis, tunc in sanguinem non
penetrat; è Contra cum nimia Succorum depravationem
abundantiâ miscetur, unâ commorantur, nempe Succi hi
Depravati et Cortex peruvianus; quod fit ut impedimentum
augeatur, nedum minuatur; Quamobrem Dulcibus evacuantibus
eger preparandus est; agro benè parato, Satuendum est
de quo modo cum adhibendi; si pulverisatus non benè,
non facile transit; Decoctus adhibendus est: in pectore

Laborantibus, Verbi gratiâ Luum est Coactio Corticis
peruviano utendi; adhibendus est Decoctus cum
Orechicis assimilatus Secus Noxius esse potest.

De Corticis peruviani qualitatibus, proprietatibus agendique
modo hactenus satis est ad sequentium intelligentiam;
hocque peracto conabor justam præberè ideam applicationis
Kinkina, casu quo adfuerit quædam saniei collectio in
corpore; et quidem ante omnia, in genere distinguam
duo suppurationis genera, una interior et altera exterior.
inter has suppurationes, possunt esse multe lethales,
sicut suppuratio medullæ spinariæ seu cerebri, aut
suppuratio magna pulmonum &c. aut cuiusdam alius
magna viscera abdominis &c.; hoc in casu remedium
administratio esset inutilis: at supponamus levem
suppurationem internam qualis pulmonum suppuratio
cum respirandi difficultate atque arteriarum pulsa-
sioni ac inequali; lingua sedimentosa, hoc casu arbitror
peruvianum Corticem nullum effectum producturum esse

[The page contains approximately 20 lines of extremely faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the paper. The text is mirrored across the lines.]

bonum etiamque febrem corroborare valiturum: De hoc hæc
sunt meæ rationes; Cortex iste, Casu quo adest Sabura,
non fluit non transit; Ergo non adhibendus est in hoc Casu:
præterea pectore laborantes eum Difficile sufferunt
Idem dicendum est de Suppurationibus quæ abdomini
subvenire possunt, quia adest in Circulatione impedimentum
principium Magis aut minus Obstructionum. Quomodo
igitur potest agere in hoc Casu? ut in precedenti, partibus
quidem Elaterium dabit, motum peristalticum augebit,
liquida Majori abundantia Versus partem affectam,
quod Impedimentum augebit Nedum minuat, ferentur.
hoc igitur in Casu aperiencia anteponenda sunt, ut et
solventia; Diluentia quæ non sanguinis motum augebunt,
ut Kina, sed eum magis fluidum efficiunt aptumque
reddent ad fluendum in ramificationibus Vasium Obstructo-
+ sic igitur statuendum est
-um) Pro principio Certo nullo modo utendum esse Kina
in Suppurationibus internis, nec in omnibus Casibus in
quibus Obstructionis principium adest, sicut ego observavi.

Faint, illegible handwriting on aged, yellowed paper. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The script is cursive and spans approximately 15 lines.

Quod attinet Saniei externas Collectiones; hoc est, quae in
musculis formantur, ut in tepto Cellulari aut in Glandulis
exterioribus; Inum violenta est febris sine interna interdu-
-sione sineque sabura; Tunc China pulverisatus feliciter
adhiberi potest, aut etiam decoctus, tum aut febrim mode-
-ratur, Dolorem minuit et in ea parte Saniei Collectionem
facilem reddit; In quaque, China (habitus ut supra dixi
sicut Stomachicus et tonicus) Vitales vires auget Uterium
Vasibus praebet Ergo Sanguinis Circulationem facilem
praebet praestat; Circulatio vero aucta in omnibus
partibus ubi nullum invenitur impedimentum, efficit
ut Sanguis atque humores magis abunde ad partem
affectam deferantur, Vasa magis ac magis meatu
obstructio refundent, unde fiet ut eorum oscillationes
necessario auctae fuerint, arteriarum pulsus ibi major
fuerit, sicut etiam calor, Sanguis Vehementer in Canalia
arterialia feretur, Vasa venosa et Lymphatica majorem
eius quantitatem recipient, Dilatabuntur, Inum Uterium

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the bleed-through effect. It appears to contain several lines of text, possibly a list or a series of notes.

amittent, inflamabuntur, tandemque liquida Stagnatione
Caloreque Depravabuntur eo ut Suppuratio necessario
Secuta fuerit.

Ex igitur ratiociniis experientia fultis Concludo. Kina
~~am~~ amoverendum esse expulsandumque in omnibus casibus
ubi judicatur esse quaedam saniei interioris Collectio, ne
mala augeantur vedium minuantur. Credo jam satis
dixisse de eius qualitatibus agendique modo sive intus
sive extus; quapropter quod allegari circa hoc ~~sunt~~
et observationes a me ipso factas quae tantum hunc
Commentarium efficerent longiorem, non repetam. tantum
autem observabo maxime momentosum esse Cortice
peruviano uti in Stasibus Criticis exterioribus quae
februm malignarum, putridarum &c. affectui saepe eveniunt;
Quum Stases illae sunt finis quibus natura, ad se à morbo
expediendum liberandumve, sibi proponit; utilissimum
est igitur eo uti; quia in hac Circumstantia Vires tueri;
servare Cordis Vasibusque tonum praebere partisque affecta

Interclusionem facilitare convenit, ut omnia miasmata putrida
sicut in unicum focum colligi accumularive possint. Emollientes
applicationes. et apte ad harum partium ^{textum} relaxandum, magis ac
magis interclusionem facilem praebendam sicut et humoris
morbifici decompositionem non negligentur. Statim ac vero
ad maturitatem pervenerit Hases aperientur (quantum
hoc fieri potest) in tota sua longitudine usque corticis
continuo adhibebitur, qui cortex suppurationem bonam
facilitabit, febris occurret neque parum ad aegrum
reficiendum confert, magna in hoc casu adhibebitur
cura Kina solum adhibendi nec eum miscere cum
evacuantibus propter metum delitescentiae quae
periculosissima fieri potest, in primis si delitescentia ab
exteriore ad interius fiat: victus vero ratio apta cum kina
usu illam tristem metamorphosim impedire potest.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

hoc dicendum Communicandumque duntaxat breviter habebam
Illustrissimae Academiae Regiae Mantuae; forsitan non est talis
ad hanc questionem illustrandam decidendamque, et fatebor
quidem me non omnia neque omnes observationes quas feci
hac de re meo Systemati faventes perlustravisse, ne illi

Clarissima Academia tadium infervet. praeterea dicam
quod parum de ^{questione} laboravi; quodque continet hoc Commentarium,
Complectitur tantum ideas quae questioni Vestrae lectione
Menti meae oblatae fuerunt.

Verum quidem si Clarissima Regia Academia Mantuae —
postquam meas ideas lectione perlustravisset easque utiles
invenisset, Cupiat me aliquid prolixius scribere, in eo ad
omnia paratus sum. Sola Merces mei Laboris quam
possum cupere est tua approbatio si meus Labor tibi
gratus esse aliquo modo potest; atqui si opus non —
Respondeat ad id quod tu expectas, Scias quod animus
Nunquam mihi defuit me humano Genere utilissimum
prestare, & hoc solum esse Stimulum meorum Laborum.

accipe cum Benignitate illud Tentamen imperfectum
quod tibi Communicare in me sumo.

Handwritten text at the top of the page, appearing to be a header or introductory paragraph. The text is mirrored across the top edge, suggesting bleed-through from the reverse side of the paper.

Handwritten text in the upper middle section of the page. The word "part" is clearly visible in the center of this block.

Handwritten text in the middle section of the page, continuing the mirrored bleed-through from the reverse side.

Handwritten text in the lower middle section of the page, showing further mirrored bleed-through.

Handwritten text in the lower section of the page, with the word "and" visible near the bottom center.

Handwritten text in the lower-middle section of the page, continuing the mirrored bleed-through.

Handwritten text in the bottom section of the page, showing the final lines of mirrored bleed-through.